Fragmentarium



eis suppositi luteres. Supra iam dictum est quod decem erant
sustentamentis eorum quae ... et sculptura consimilis omnium basium
siue luterum non in ea significatione factum est quasi aequa
li ac possint esse omnium merita doctorum sed in ea potius.
quae una fides euangelii quo instituuntur unum sacramentum
baptismi quo abluuntur unus idemque spiritus est quo
omnes consecrentur electi. Item et si donationes aben
diuisae fiunt in ipso spiritu qui diuidit singulis prout uult. XL
batos capiebat luter unus. Quadragenarius nume
rus solet magnae perfectionis typum tenere. Et nimirum
quater deni faciunt XL. decima autem sunt praecepta quibus
summae omnium operationum in lege diuina perfixa est. Quattuor
uero euangeliorum libri in quibus per dispensationem domini
cae incarnationis caelestis patriae nobis est porta factus
introitus. Et quia omnes qui administrationem sacri baptisma
tis pertinent cum fide et sacramentis euangelii fructum de
bent. Recte operationis ostenderet. Apte luteres
singuli in quibus holocausta lauabantur. XL batos ca
piebant. Quid uero sequitur. Et erat quattuor cubitorum;
siue in altitudine seu in latitudine significat intellectus
mysterii in promptum est. Luter unus IIII erat cubi
torum uel propter IIII euangelii libros in quibus forma nobis
baptismi perfixa est uel propter IIII cardinales uirtutes quibus
quisque fidelis si non fruitur fidelis esse debet instrui
uel certe propter IIII mundi plagas quibus lauacrum
salutis ministratur. Dicente psalmo graepho quos.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_315_f150r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5321)